



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Cap. LXIV. Invidentia Hvmanae Salvtis dæmon precantes ab attentione  
abducit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

C A P. LXIV.

INVIDENTIA HUMANÆ SALVTIS  
demon precantes ab attentione ab-  
ducit.

§. EX his omnibus manifestissime consequitur, ter-  
tia causa cur stygii illi perditique spiritus, omni  
conatu agant, ne ad preces animam studiosè applice-  
mus: invident enim salutem nostram & felicitatem, probeq;  
norunt ex oratione cum euagatione fusa nullum ad  
nos peruenire fructum, sed potius perniciem. 1. Quod Denia pre-  
catio, Dei  
irritatio. inconsiderata, vaga & temeraria oratione irritetur  
Deus dicit Ecclesiast. 2. quod injuria afficiatur asseruit  
B. August. 3. quod offendatur docuit S. Cypr. quid ergo  
boni, imò quid non mali ab irritato, læso, offenso  
Numine expectandum? 4. Affirmat idipsum Deus  
Isa. 29. v. 13. Matth. 15. v. 8. Populus hic labiis me honorat, cor  
autem eorum longe est à me, sine causa autem colunt me. 5. Es  
Ierem. 48. vers. 10. Maledictus qui facit opus Dei negligenter.  
Orationis ergo negligentia non benedictionem Dei  
conciliat, sed maledictionem accersit, non beneficia  
impetrat, sed supplicia promeretur.

§. Et hæc est stupenda hominis vecordia, & vecors Insignis ho-  
minis ve-  
sania ad pre-  
ces non ac-  
cendentium.  
stupiditas: quod cum in deprecatione agatur & tra-  
ctetur non de nucibus & pomis, non de lana caprina,  
& asini umbra, non de fortunis, non de honoribus, non  
de capite, sed de animæ salute vel interitu, de Dei ami-  
citia vel inimicitia, de sempiterna felicitate & miseria,  
& tamen lingueamus, oscitemus, & quasi nihil  
nostra intersit mentem aliò  
conuertamus.